Joan Rauh
De perfecta relig.
plantatio
Stelle clericorum /


Instructio Spiritualium
pastorum

De Privilegiis
Clericorum etc.

De Justitia
Commutativa

Regula Clericorum
/





Toutes les pièces de ce
recueil ont été cataloguées

F. R.

1959

Recueil

1° Carmen Sapphicum
Æneæ Silvii
2° De religionis divi Benedicti
ruina et instauratione oratio
(précédé d'une lettre
de Sebast. Brand
au chan. Christophe de
Utenheim.

f° 7

# Collacio habita in publico conuẽtu clu niacẽsiũ ordinis sancti benedicti per prestantissimũ sacre pagine professorem magistrum Joannẽ raulin parisiensem Nũc

vero professum monachum eiusdẽ monasterii de ꝑfecta religionis plantatione incremento et instauratione.

Carmen saphicum enee siluij. alias pij pape in passionẽ cristi.





# Carmen Sapphicum Aenee Siluij alias Pij Pape: in passionē christi.






Per tua criste iesu/merita/ꝛ crucis āpla trophea
Respice/custodi/protege plasma tuum.
Et tua virgo parens: tuus et dilectus amicus
Discipulusqꝫ sua nos prece sustineant.

QUid tibi tandem scelerate queris:
Quid petis fallax homo: quid requiris:
Immemor/qua te pietate cristus:
Querat ametq;
Uenit in mundum soboles tonantis:
Et licet celum regeret supernum:
Ex deo seruus voluit videri
Carnis in vmbra
Tu cinis putris/fugienda pestis/
Alta deposcis miserande vermis:
Ut parem credas habuisse nullum
Terra tumescis
Ille carnalē pius in parentem:
Quos decet cunctos referens honores.
Sabbatum nunq̄ violauit vnum:
Semper honestus
Tu patris iussus fugis atq; matris
Festa peccatis violas nephandis.
Et deum qui te reparauit horres
Demone peior.
Ille ieiunans domuit superbum
Spiritum carnis. cibus atq; potus
Illius: corpus fuit ad regendum. vt
Uiueret edit
Tu mades vino: veneri p arentas
Nulla te bacchi/ceterisq; possunt
Dona vorantem saciare. ventri
Uiuis amictus

Ille sermones habuit modestos.
Et docens sedes iter ad beatas:
Quo suos quisquis repararet actus
Ordine dixit
Tu vel infesta venenante lingua:
Proximũ carpis superos lacescis
fabulas crebro referens inanes:
Turpia narras.
Ille nullius bona concupiuit
Et manus odit nimiũ cruentas.
Pauperem duxit coluitq[ue] vitam:
Pacis amator.
Tu rapis quicquid potes: et cruorem
Appetis: factum scelus omne paruum:
Diues vt fias/reputans.vbiq[ue]
Prelia misces
Disce/te quanti miserande/fecit:
Ille qui vinclis voluit teneri:
Ut tibi summã pareret quietem:
Ductus ad annam.
Cesus est illic alapis magister
Et redargutus dominus deorum.
Nocte mox tota trahitur per vrbem
Discruciandus
Iudici Cayphe datur audiendus.
In deum testes citat hic malignos.
Ducitur vinctus: reus et pylato
Mittitur illinc



Hinc ad herodem rapitur videndus:
Purpura sumpta redit ad pylatum
Qui licet nullũ videat reatum
Judicium fert
Innocens agnus manet ad tribunal
Quem flagris cesum: ferat vt coronam
Spineam: cogunt: vicibusq; pulsant
Corpus honestũ
Conspuunt vultum: oculosq; fedant
Astur vt raptam lacerat columbam
Membra celestis speciosa regis
Dilaniantur.
Nec mouet turbas speculum doloris:
Clamitant cuncti: crucis esse dignum:
Solue latronem crucifige cristum
Cesaris hostem.
Dum crucem gestans trahitur necandus
Obuiam fertur lachrymosa mater
Que suis tundens manibus pudica
Pectora: clamat.
Nate quo pergis periture? quis te
In modum talem laniauit hostis?
Te meum pignus cupio videre
Respice matrem.
Te meus venter tulit has papillas
Suxeras quondã generose fili:
Me tuam spernis/refugisq; matrem
Respice que sim.

O truces / seue / rabideq; gentes:
Quo meum fertis genitum iudei
Nil malefecit: finite heu meum me
Tangere natum.
Jlle submissis oculis abibat:
Ad locum venit crucis: atq; nudus
Et duos inter positus latrones
Fertur in altum.
Jnde sub ligno sitiens: acetum
Felq; gustauit: latus est apertum:
Lancea sanguis fluit / atq; lympha:
Matre vidente
Probra quid dicam / referamq; multa:
Se dei fecit genitum: sit ita
Clamitant plures alios beauit:
Se modo saluet.
O iesu quantum genus hoc amasti
Perfidum: qui / ne moreretur ipsum:
Pergis ad morte͂: moriendo nostra
Morte lauas nos
Sic homo pro te patitur redemptor
Tu quasi surdus penitusq; cecus
Graciam pendis nichil esse talem
Crimine plenus
Jpse qui verbum facio: miser: sum
Peior: et magnas datus in ruinas:
Nosco peccatum. scio quid gerendum:
Nec melior sum.

Ni tuum prebes deus o fauorem:
Graciam ni des homini perempto
Perditus labor miser in gehennam:
Jgne piandus
Labitur/quisquis sine te beati
Queritat: munus datur hoc ab alto.
Tu vocas quos vis: rogo me vocandis
Adiūce seruis.
Da michi lumen: videā quid egi:
Da michi fontem: lachrymis vt vltis
Nunc mei plorem sceleris reatum:
Teqꝫ reposcam.
Non parem paulo veniam requiro:
Graciam petri neqꝫ posco: sed quam
Jn crucis ligno dederas latroni:
Sedulus oro.
Jam deum cuncti rogitemus ipsum:
Qui neci nostram datus ob salutem
Semperqꝫ expectat reditum suorum
Ut veniam det
Jam nimis duri fuimus: venite
Se reum nemo magis esse credat
Quum pius nobis maneat redemptor:
Ethere missus

¶ Magne nobilitatis spectateque vite et doctrine viro domino Christofero de Utenheim insignis ecclesie basilien. Canonico et Custodi ac iurium doctori prestantissimo Sebastianus Brant cum obsequio Salutem.

Que pridie in manus nostras de religionis diui Benedicti ruina et instauratiōe peruenit oratio: cui potius quam nomini tuo sanctissimo preceptor obseruande dedicarē: habui neminem. Et adegit me ad id faciendū īprimis: grauis illa et singularis consuetudo et amicicia qua huius nostre collationis auctorē Johānē Raulin theologū parisiensem humanitati tue iunctū obstrictūque esse non ignoro. Quippe qui cū nuper in alma parisiorum vulgata per orbem/et omniū litterarū parente/vniuersitate: preter ceteros oēs sibi coeuos: amicis et consanguineis vndique circūuallatus. magnatum/aliorūque hominū fauoribus in celum vsque sublimatus: opulentus diuitiis/officiis beneficiisque plurimis honustus. atque magni illius collegij (quod vulgo Nauarre dicitur) magnus fuerat magister: et inter plurimos honoratus: delicate nutritus/rebusque tēporalibus: mūdi quoque illecebris quasi ferrea cathena ligatus: et cui in oībus arridēs fortuna/in plurimis fallere satagebat: Is tādem vidēs animoque perpendens plurimorum mortes mirabiles: nōnullos quidem doctos quasi stultos morientes: alios cū timore

marimo/ac si ad patibuli postes existerēt/ vi ꝛ violē
tia exeuntes. alios diuitiis refertos ꝙ plurimū post
mortē sic pauperes: vt oīa (veluti in ventū puluis)
spargerētur. aīo ꝯpunctus laudare magis mortuos
ꝙ viuētes incepit. inde vt mortuꝰ ꝛ mortis fieret di
scipulus: e mūdo se elōgauit fugiēs: fractisq̄ cathe
nis qbꝰ seculo erat obligatꝰ: solitudinē Cluniacā ele
git. Ex magnarūq̄ opū magistro: famosissimo theo
logie doctore: celeberrimo ꝑdicatore: sacreq̄ scrip=
ture interꝑte facūdissimo: hūilis ꝛ pauꝑ monachus
effectꝰ: e tenebris egypti exiens: pharaonē cū curri
bus ꝛ eq̇tibꝰ effugiēs: iter rubei maris āgustias ob
uiū amelech cū exercitu suo expugnās: serpentesq̄
ignitos deuincēs: vestē christi suscepit: ꝛ q̇ antea nu
triebat̄ i croceis: nūc cibo arido quasi nectare ꝯtētꝰ
qui mollibꝰ vestiebat̄: nūc aspa veste/ hirsutoq̄ ha=
bitu vili supellectile: lōgis vigiliis: ieiunio multo: si=
lētioq̄ assiduo: laboriosos religionis agones adiit.
mellifluāq̄ sancte ꝯuersatōis vitā mira cū hūilitate
ꝛ deuotōe nuꝑ subiit. primoq̄ sue ꝓfessiōis tpe atq̄
in ipa nouicioꝝ auspicia/ ꝑexercitamentaq̄/ hāc ꝙ
corā cernis/ i pleno oīū patrū ordis cluniaceñ. ꝯciōe
ꝯuētuq̄/ publice habuit orōnē. qua siq̇dē q̄lis sit fu
turꝰ monachꝰ quāteq̄ laudis ꝛ doctrine fuerit mgr̄
nemo doctꝰ q̇ illā pleget ignorabit hanc q̇dē suscipe
et diuū istū patrē vt soles ama. Uale ex edibꝰ nrīs
Basilee die penthecostes Anno. 1498.

¶ Omnis plātatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Mathei. xv.

De illustriori dn̄ici gregis porcione sermonē facturo michi/ sapiētissimi atq religiosissimi patres tantū michi sese obtulit dicendi munus: tāta fulgētissimorū luminariū claritudo. vt pre magnitudine glorie: horreret in me spirit9 inualida cespitaret ratio: cederet tū ꝓpe stilus noster sentēciis dormitans: deperiret nostre pauperis lucerne igniculus: ⁊ insuper tantis irradiati fulgoribus oculi nostri languerent pre inopia. Si ad discuciendam ramiferam arborem illā volucrum bestiarūq habitaculū quā somniauit nabugodonosor rex tacentib9 cunctis Babilonie sapientibus/ opus fuit danielis intelligentia. Quis ego vilis homūculus? quis ego vermis et nō homo/ omnino ebes ingenio vt in presentiarum magnificare valeam: veram illā et non somniatā vineam: quā plantauit celestis agricola. misit radices ⁊ impleuit terram: que extendit palmites suos vsq ad mare: ⁊ ne dū vsq ad flumē: sed in omnē orbem terrarū ꝓpagines eius per quā saturantur ligna campi: et altiores cedri libani: vbi

montes excelsi velocibus ceruis. vbi petra/refugiũ tardiorib9 herinaciis. Si leuaui oculos meos in mõtes altissimos: qui perhenni mercede cõducti: istam iam pridẽ coluere vineã. tam immensis eorũ sanctimonie splẽdoribus oppressum: cessit protinus lumẽ oculorum meorũ ⁊ ipsum non est mecum. Si leuaui manus meas ad consilia ⁊ mandata eorum que dilexi: Jllico dissolute sunt compages corporis mei ⁊ nichil in me remansit virium. Si deniq̃ os meũ aperui ⁊ fortasse attraxi spiritũ: vt sacratissime nostre religionis sapientiam loquatur inter perfectos. ⁊ magnificentiam glorie sanctitatis eius annũciet in hac ecclesia magna: in hoc populo graui. digitum superponere ori meo in hac re tã grandi necesse est. Quia non est sermo in lingua mea: tam preclaro facinore dignus. Quid enim rusticus ego ⁊ nullius numeri homo ad tam preciosam nostri ordinis gemmã. Aut quis me dignificaret rusticano ⁊ ieiuno sermone: ꝓcul et de vltimis finibus componere precium eius. Ut quid ergo a nouello: et noutciorũ vestro vltimo linguã magniloquam hec beatissimorum virorũ corona desiderat. neq̃ enĩ a minimo: nisi minima. neq̃ ab imperfecto: nisi imꝑfecta ipectanda sunt. Grecũ est ꝓuerbiũ: talis hoĩbus oratio: qualis vita: neq̃ enim potest esse alius ingenio: alius animo color. Hanc tamen dicẽdi prouinciã quia nostris iã quassatis humeris adiecit pene importabilẽ reuerẽdissimi

patris ꝛ peroptime meriti pastoris nostri vigilātie. Juxta nostri legislatoris Benedicti instituta tētādo impossibilia nō in humane sapientie verbis: sed rudi et in accurato stilo: huic negocio secundis spirātib⁹ ventis: vela dabimus. Cui eciā rei obaudire iocula torū me clientella docet: qui cū nobilis Arturi aut strēnuissimi karoli gesta gestis: facta factis: coequare minime norūt saltē vel sonoro carmini ora laxare solēt michi id idē pigmētarij loquūtur/quorū mēsa licet virtutis suauitatis: ac odorifere videat expers fragrācie plurima tamē astātibus suaue olentia explicat aromata ꝛ mimus aut hystrio benesonantib⁹ cymbalis ꝛ placidis carminib⁹ q̄uis oībus indigentissimus/ditissimos oblectat. Uero qꝛ debiles oculi vt rotatū solē aspiciāt speculario interuētu quasi intermedio vtrūqꝫ fouēdi sunt/ Jntemeratū illud speculū opera spiritus sancti eterne ymaginis ex tēpore productiuū: iam pene nostris cecatis adiciamus luminibus. Et quod his ampli⁹ est quia supeffluere nō est riuuli sed fontis: ad fontē riuuli reuertātur vt iterū fluant. fontē dicimus: eam que ex se misericordiarū protulit abyssum: christiferā virginē: cui pro eterno verbo: tēporaneū eructabimus verbū bonū Aue gratia plena dominus tecū. Plantationū duo esse genera. Unū insertarū. seu insitarū/alterū adulterinarum: nos suo natura docuit exemplo. Quod si moribus (theologorū more )id aptare voluerim⁹.

primam plātare solet pater celestis nos inserens in oliuā bonā. Secūda vero plātatio ex patre diabolo durit originē. Prima plantatio quasi oliua speciosa in cāpis. Secūda quasi oleastri in siluis. prima producit vuas. secunda labruscas. Prima vinū bonum quod letificat deū ꝛ homines. Secūda venenū aspidum insanabile/vtriusqꝫ sexus interimēs iuuenes ꝛ senes. Sub vmbra prime: requiescūt ꝛ garriunt nocte dieqꝫ celi volucres. Sub vmbris secūde volutātur: reguli ꝛ serpentes. Prima interim a patrefamilias summa cū diligētia putatur ꝛ colitur. secūda vero ꝛ si pro tēpore toleratur. Igni tamē extinguibili cōcremāda: cito succidetur. Quia oīs plātatio quā non plantauit pater meus celestis eradicabitur.
¶ Nouella sacre religionis plātatio in iuuētute sua/ celeberrimi patres si comestori credit a btō sāmuele sūpsit exordiū. Is eni prior/habitare fecit homines vni⁹ moris in domo. diuinis assiduo hymnis inuigilātes oīa in cōmuni possidētes: quos ꝛ prophetarū cuneū appellauit. Qui etsi deliri atqꝫ amētes: ꝓ vestiū vilitate ꝛ sui ꝯtētu a mūdo diiudicarētur penes eos tñ manebat: ꝛ futuroꝝ presciētia. ꝛ diuinoꝝ archanarū ministeriū: necnō ꝛ vnctio regū. Quos sic venustabat: tū spūs pris celestis: vt etiā sceleratissimi principes: eoꝝ cōuentui interdū admixti: spūsancto repleti/prophetarēt. Ob quod de saule vulgatū est in Israhel. Nū saul inter ꝓphetas. Is religionis

ritus vt testatur famatus ille expositor de lira. post modum i calore domus rechabitarum: nec bibētiū vinū nec serentiū: aut edificātiū. nichil nisi in cōmuni possidētiū: sed et hoim frequētias fugientiū req̄euit. Id ihieremias asserit. Id sacra paralipomenon sub cōpendio texit hystoria Quorū genus iuxta ihe remie vaticiniū ad lōgissima vsq3 seculorū lustra vtpote herodis primi pdurasse credendū ē qñquidem et esseorū secta hūc viuendi modū/iuxta iosephi testimoniū secundo iudaici belli volūie/ pfusus amplianit. quā vsq3 ad xpi tpa perseuerantē: vbi pharisoorū et saduceorū hereses ipsius doctrinā vehemēter oppugnauit: ppter vite et doctrine parilitatem nequaq̄ cōtradixisse legimus. Quo in tempore apud apostolos qui sacrosancte nostre religionis iecerūt fundamenta multitudinis credentiū erat cor vnū et aīa vna. nec quis q̄ eorū que possidebat aliquid suū esse dicebat sed erant illis omnia communia. Et vsq3quo in nationes gentiū gratia christi diffusa est cū austerū nimis ex gētilitate cōuersis videret se suaq3 abnegare et ea de causa iacob9 alphei fratrū cōcilio p̄sidens decreuisset: satis esse cōuersis ex gentibus abstinere a cōmunione simulacrorū: a fornicatione suffocatis/et sāguine. Tūc penes presbiteros et diaconos: et quosdā ex iudeis cōuersos pdurauit sacer huiusce religionis celibatus: quorū nōnulli iherosolymis pmanētes de collectis q̄ vna sabbatorū p ec=

clesias agebantur: ceteri ad heremũ cõfugiẽtes de manuũ labore victitando/ab aplis iuxta collatiões patrũ melotã talarẽ crucis instar formatã gerẽdam susceperũt/vt dñi crucifixi stigmata portarent in corpore/firmius cristus figeretur in mente. Hãc regularẽ philosophiã vt vult Jheronymus in de viris illustribus Marcus euãgelista apud alexandriã primus instituit quã disertissimus ille Judeorum philo laudat: extollit magnificat et approbat. que sub tirãnorũ persecutionibus dũ plerique ad heremũ cõuolarent ita coaluit: vt vidisses terrã sitis: et ymaginem mortis: terrã in quã horroris et vaste solitudinis quasi ortũ deliciarũ: quasi alterã paradisum voluptatis quasi in ligna germinãtia et fontes aquarũ. Illic vidisses homines ad cor altũ: cõculcantes terrã: vi virilique pugna rapientes celũ. Vidisses inquam eos heremi vastitatem circueuntes: in melotis et pellibus caprinis: egẽtes: angustiatos: quibus dignus nõ erat mũdus. In solitudinibus errãtes: in montibus: et in speluncis et in cauernis terre. Quorũ bene beateque viuendi normã primi scripsere apud egyptios Jcho nius et pachomius. Apud grecos Basilius et Cassianus. Apud latinos hieronymus particulatim ad monachos: ad sanctimoniales integre. Nouissime beatus patriarcha noster Benedictus: qui post duodecim constructa monasteria ad preces Berticani Cenomanñ epi: discipulũ Maurũ ex cassino destinauit

ad gallias: qua tempestate gallia omnis claruit monachis populosa. quamq̃ longe ante in gallia beatissimi martini tẽporibus monachalis nominis gloria sic celebris habebatur vt discipulorum eiusdez autore seuero/plures sibi franci eligerent presules. Quos sequutus beatissimus papa Gregorius magnus: post septẽ ab eo fũdata monasteria monachũ suũ beatũ Augustinũ suis cũ cenobitis ab vrbe Roma/in angliã misit: q̃ cũ fide xpi illic cẽtũ ppe monasteria transplantauit. Et tunc rome vigente celestis patrie desiderio oẽs ecclesie titulate atq̧ collegiate monachales facte sunt quinimo beati petri ecclesie tribus cum monachorũ collegiis et eorum frugi vita adornabatur. Sic cenobitarum fama suo feracissimo germine cõpleuit orbis latitudinẽ. Sic successu temporis inaltata est vitis illa vt botrionibus ei9 penetrãdi celos facultas esset/Sic deniq̧ ppagata est celestis hec militia vt q̃ sãctorũ cathologo ascripti inuenti sunt. (si Johanni vrbis rome pontifici huius nominis vicesimosecundo creditur) multiplicati sunt super numerũ quĩquagintaquinq̧ miliũ quĩgẽtorum et quinq̧; hec sunt nostri ordinis vinifere ppagines Hec sunt celestis prĩsfamilias de sacre religionis vinea quã plãtauit dextera eius oblata delicatissima mũia. Hec sunt primitie frugum tuarum beatissime monachorũ patriarcha Benedicte. hec sunt torcularia tua: vino optimo redundantia/e qui

bus dudū ꝓpinare solitus eras vinū conditū vinum dignum dilecto ad potandū: quando promptuaria habūdācie suauitatis domini iesu eructabāt ex hoc in illud/ quādo in vite tua inueniebatur nobilissim⁹ ille botrus cypri: sicut in vineis engaddi. quando vi nee tue florentes odorē dederūt suauitatis: odorem quidē vite in vitā. Et vox castissime turturis cum ce lestibus suspiriis et lachrymosis singultibus audie bat̄ i terra claustrali. Et sepenumero descēdebat di lectus ille cādidus: ꝛ rubicūdus. electus ex milibus in cellam religionis vinariā ordinans in singulis ca ritatē medis eorum caritatis cōsternēs ꝓpter filias iherusalem. O secula aurea sup aurū ꝛ lapidem pre ciosum desiderabilia. quādo de claustri latibulo iux ta Maronis oraculū surgebat gens aurea mundo. O felix nimiū prior illa etas. Tot fidelibus Tot di uinis cōtenta viris. Tot heroicis redimita patrib⁹ Tot strennuis beata proceribus. filii qui nascentur et exurgent proch pudor enarrabunt filiis suis quo modo patres in filiis benedicebantur benedictioni bus vberis et vētris. benedictionibus collium eter norum benedictionibus abyssi terre iactatis deor sum ꝛ patrem sequebatur sua proles. quomodo nūc in hostes fidei. nunc in demonum versutias. Nunc in mundi amatores agmine composito confligebat terribilis illa castrorum acies ordinata. Quomodo vnus persequebatur mille et duo fugarent decē mi

lia. O me beatum. O me faustum et felicem: si me inuenissent felicia tempora illa. Quando celum in terris: ꝛ terra versebatur in celis: ꝛ erubescebat celum intrare scenum: et videbatur celeste firmamentum in terra in summis montium. Quando carne retenta terris: spiritus ferebatur in celis: et pro celesti commercio iungebantur astra terris: ima summis. Illic vidisses pro iniquitate: optimis moribus depicta tentoria ethiopie. Pro saliunca ascendere myrtum. Pro sterilitate virorē iunci et calami. Ibi ethyops mutabat pellē. Ibi pardus depilabat varietates suas. Ibi miseranda peccatrix peccata deponens/sanctimoniam induebat: omniū virtutum amicta lumine sicut vestimento.

¶ Nūc vero primitiue religionis preclarissima hec insignia moderne conferendo. sol michi vertitur in tenebras. Luna in sanguinē. Stellarū omnis splendor abscessit. Ut sicut lumen illius. ita ꝛ tenebre istius. Quid in tenebras dixerim: quando talpino more terre inhiantes: non nisi terram scalpimus: ꝛ sanctorum patrum celestia limina: immo verius lumina aspernantes: oculos nostros statuimus declinare in terram. Derelinquimus fontem aquarum viuentiū ꝛ fodimus nobis cisternas dissipatas que cōtinere nō valeat aquas: iā senuit ysaac cana est religio Iam caligarunt oculi eius: vt nisi opaco interposito videat solē: iam decrepita terris incuruatᷓ nec aliud

somniare videtur ꝙ quod Nabugodonosor rex pro
ceras arbores ⁊ grandes statuas honorū ⁊ ambicio
num: ꝙ quod Pharao spicas ⁊ boues diuiciarū: ꝙ
quod pincerna ⁊ pistor eiusdē panes ⁊ vinacios cali
ces deliciarū: hic moderne religionis hoc labor stu
dium. hoc iuge sacrificium. Ibi nullus virtutis loc⁹
nullus deo omnis māme cultus Idcirco ego gemēs
et oculus meus deducens aquam: videns cum mori
bus menia ruere. Vicium pro virtute. odium pro di
lectione. ocium pro labore. pro austeritate castrimer
giā ⁊ vētris ingluuiem militare. heu heu misero mi
chi: vt quid natus sum videre cōtritionē filie popu=
li mei: facti sunt filij eius ꝑditi dispersi quasi lapides
sanctuarij in capite omniū plateaꝝ. Nunc palacia
regum. Nunc curias principum. Nunc forensiū gre
ges circueundo: si forte quicpiam in ore eorū cecide
rit (flens dico) inimicis crucis christi: quorum deus
venter est. quorum gloria in confusione. querentes
que sua sunt non que christi iesu propter quod indi=
gnatio mea ipsa auxiliata est mihi. si forte vel animo
concitatus hanc adulterinam plantationem quam
non plantauit deus: extirpare ⁊ explantare queā:
anteꝙ per manus vigilū cito ⁊ horrende succidatur
quia proculdubio Omnis plantatio quam nō plāta
uit pater meus celestis: ⁊c.

¶ Optime scripsit Epicurus Cicerone autore. Exi
guā fortunā interuenire sapiēti maximasq; atq; iter

dum grauissimas eius cōsilio ꝛ ratione administrari Rem perinde ac monasticam ꝙdiu secundū sibi cō=stitutam viuēdi formam: viri solertes calore fidei ꝛ feruore deuotionis agitati rexerūt: pauca tūc emer gebant infortunia: prospera cuncta gerebantur for=tune eorum sagacitate grandes: ꝛ cum moribus mo nasteriorum menia agebantur. Quod vidētes prin cipes si admirati sunt: conturbati sunt: cōmoti sunt: vt ad pedes eorum procumbentes nōnulli: vt Car=lomannus francorum sanguine nobilissimus apud montem cassinū. Et beatus stephanus primus hun garorum catholicus rex/sancte conuersationis ha=bitum cum vita susciperēt. Ceteri optima queqꝫ pre dia eorum/pro tenui victu ministrarēt. Uidisses spe ciei domus religionis diuidere tunc spolia amplissi=ma. vidisses item pinguescere/speciosa deserti secu=li. At vbi illa omnis beatorum virorum prior etas ex hac luce migrauit: egressus est a filia sion omnis decor eius. Et surrexerunt pro eis: homines elati: cupidi: ambiciosi: seipsos amantes: nichil patrum priorum preter habitum et tonsuram imitati. qui le=gitima eorum paulatim derelinquentes: conuersi sunt in arcum prauum et debilem: ad emittendas di sciplìne ꝛ correctionis sagittas. Edētuli: exungues et excornes: et ad sagittandas celestes phalanges: suspiriorum/desideriorum/ atqꝫ lachrymarum iacu lis omnino expertes. sacri ordinis policiam ꝛ legiti=

ma eius: nescio quibusdam ceremoniis et traditioni bus alicuius: et adinuentionibus suis immutantes: vt nostra credatur religio quasi trutannorum vestis tot particulis: tot suturis repeciata et reparata: vt nichil pāni prioris appareat. Ait em̄ noster aristoti les. Cū legibus pollicia immutari. Sic itaq̨ ordine priore destituto: nouus successit ordo quem probdo lor nunc aspicimus: cuius ordo est nullum ordinem/ cuius regula est: nullam regulā. cuius mandatū est. nullum mandatum obseruare. Quomodo ordo vbi temporalia super spiritualia. terra super celum. ca duca super eterna. sensus super ratione. caro super spiritum. pecunia super dei regnum. O ciues ciues querenda pecunia primum. Cum ex aduerso iubeat christus. primū querite regnū dei: ⁊ iusticiam eius: et hec omnia adicientur vobis. Graue siquidem no stri temporū monachis ⁊ importabile audituq̨ de testabile obseruantie verbum. Et si quis inter eos obseruator/ aut obseruantie zelotes: statim religio nis vineam in ortū olerū trāsplātantes: quasi alterū naboth/ conuiciorū et contumeliarum lapidibus ob ruent. Grauis est inquiūt nobis ad videndum: dissi milis est aliis vita ipsius. tanq̄ nugaces estimati su mus ab illo: inutilis est nobis: cōtrarius est operibus nostris: diffamat i nos peccata discipline nostre: et si quid possūt eū a via veritatis diuertētes monet: ful o ⁊ cloriarius pigmētariū illum vt naribus obdura=

tis tabernas suas preterat. Si naūt quadriga ante cedit boues dñi buffones iaculātur in homines vbi soliti erant hoīes lapidare serpētes Uultis scire q̄s dur⁹ sit eis regularis obseruancie sermo diuino siq̄dem spiritui cōtra nitētes ⁊ beatissime illi vite male ominātes importabilis ē inquiūt: is obseruādi ritus genua nostra infirmata sūt a ieiunio caro nostra im mutata est ꝓpter oleū tanq̄ cinerē panē manducamus. Potū nostrū cū fletu bibimus Cibamur pane lachrymarū ī mēsura pelli nostre cōsūptis carnib⁹ iā adhesit os nostrū dū eramus in egypto cōedebamus allia pepones et cucumeres sedebamus ad ol las carniū: carnes edebamus in saturitate. Nūquid nō nobis carnei sunt oculi et cor carneū. q̄s det igī de carnibus vt saturemur non vidēt oculi nostri nisi man. nauseat ꝑfecto aīa nostra super cibo isto leuissimo. Audi quisquis es de epicuri schola ganniens qui deū mendacē asseuerādo/ iugum suum suaue et onus eius leue: nescio quo delusus fātasmate horrē dū iudicas et perdifficile qui deo detrahis: pluuias et soles quasi nō sicut olim sup̱ prēs sctōs hui⁹ regu laris vite zelatores p̄cipuos ita ⁊ modo super teipsum solamen suum pluere et sole suo affectum tuū calefacere adhec pagenda minime possit.

Existimaui retro tp̄ib⁹ multū elaborasse vt scirem viā dñi ⁊ cū augustino nullā inueni saluti magis con sentaneā q̄ benemorigeratas religiōis semitas am

bulare. Nullum pditioni viciniorem: q̄ in destitutis regulis patrum quasi in corrupto et infecto aere pocius mori q̄ viuere. Monasteria quippe deformia: pl⁹ arbitror esse pdonū latibula: q̄ virtutū tabernacl'a plus speluncas latronū q̄ domos orōnū. plus serpentis cancri et abhominande lepre contagium: q̄ virtutis domiciliū. Tante quippe in eis tenebre sūt (eiulans dico) vt limpidius videat asina. Balaaʒ diuine super se iusticie gladium: q̄ Balaam ipse. Secularis q̄ monachus laicus q̄ religiosus. Et vbi ꝓmiscuū vulgus: iuxta sibi credita mādata/ ad primā sermonis stillam deū timet et veretur Ubi bos cognouit possessorem suū: et asinus presepe domini sui: populus meus inquit dominus et michi peculiaris cui dedi terras lacte et melle manantes non cognouit iudiciuʒ domini Et vbi populus in auditu auris obediuit mihi filii mei quos enutriui ⁊ exaltaui quasi alieni mentiti sunt michi inueterati sunt et claudicauerūt a semitis suis: quas sua professione calle recto polliciti sunt ambulare.

¶ Quod si qs velut alter phinees ʒelo ʒelādo propter domū meā vt eos auertat a via sua pessima eorū peccata detexerit: certe furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde et obturātis aures suas: Nec mirum quia difficile est nondū exutos veterē: nouum induere hominem. Et in veteri pectore: noua cudere. Et patellam veterē resarcire

Et nix incenditur et vertitur grossus et antiquus sti pes. Et in vtere veteri quin more suo oleat vinũ no uum inducere difficile ē. Sed quid his im moror mul tis: omnia breui sermone concludam. Hic sedeo in cathedra nō pestilentie sed veritatis. paratus omni poscenti reddere rationē de ea que in nobis est fide: et spe et fiducialiter in spiritu domini iesu agentem. Audiat me magnus. audiat me paruus. Aut hic in presenti seculo iuxta legitima patrum et regulā quā professi estis ambulabitis. Aut in futurum ad deter rimā perniciem vestrā luetis. Amē dico vobis: non preteribit iota vnũ: aut vnus apex de regula quam professi estis: donec oīa fiant q̄ si austeritate ꝓ modi ca trepidaueritis timore vbi non est timor Scriptũ est qui timet pruinam irruet super eum nix. Et quo usq̄ male sibi contigerit inquit Salomon/ non reci piet stultus verba prudentie. Quot enim nostre ꝓ fessionis etiam maiores in dies videmus sine sacer dote (vtinā nō sine deo) subita et calamitosa morte defungi. tūc quāuis tarde sed spisse multũ sapiētes non norunt amplius causantes sic male agentium monachorum discholam multitudinē experimento scientes quia stultorum infinitus est numerus. Mi randum satis videtur quod nec gramaticus sine re gula loquitur Nec logicus sine regula disputat. nec musicus sine regula melodisat. Nec geometra aut lathomus sine regule perpendiculo parietes erigit

aut planat. Et monachus sine regula domuз sibi in celis edificat. Sed dicet aduersarius: In quo ad petram (id est regulam) de qua biberunt olim patres nostri offendimus omnes. profecto id ceci vident. Surdi audiunt: et confusionem nostrā circus vbiqꝫ clamat: forū loquutū est: ꝛ mundus totus erubescit et horret propter quod monachorum nomen quondam honorabile corā deo nunc vertitur in fabulā et ꝓuerbiū: ꝛ facti sumus in opprobrium ꝛ derisum oī populo canticum eorum tota die.

¶ Quis queso nō videat clausis etiam oculis: abstinentie et discipline seueritateз quibus olim mundo admirata fuit ꝛ superexaltata religio omnino deperire. vt nunc lautiores videantur cenobite ꝙ̄ seculares. Serui dei ꝙ̄ serui seculi. paraciores ad lanceandum ꝙ̄ ad lanceādum et ad sumptuosū eduliū: ꝙ̄ ad sacre lectionis adiutoriū promptiores Sed quid q̄so clamat hic noster habitus quē gerimus nisi nosipsos mortificatos carne viuificatos autem spiritu. ſꝫ vbi mortificationis afflictio qui quotidie epilamur splendide et indies pinguescimus sicut ouis occisionis. Uidi secularium ꝙ̄plurimos nos parsimonia āteire: ideo ipsi iudices nostri erunt surgentqꝫ in iudicio cum Niniuitis qui graue ad vnicum verbum Jone egerūt penitētiā ad cōdēnandū generationē istaз generationē exasperantē generationē inq̄ que non direxit cor suū: ꝛ non est creditꝰ cū deo spiritus eius

Qui habitu suo ieiunia et victus tenuitatē predicāt in hypocrisi loquētes mendaciū. et tñ nō solū lingua sed et habitu mētiti sunt ei. Que nā maior hypocrisis ꝙ sub ouina veste: priscoꝝ patrū sanctimoniā et vite integritatē simulare. et ciboꝝ opilētiā et voracitatē nedum palliare: immo verius eos qui abstinentia rigēt: papelardos et hypocritas appellare. Veniet veniet tēpus et hora: in qua librata hec omnia et ad limā iusticie deducta: ponderabuntur nō non pondere publico sed pondere sanctuarij: vt vie que etiam recta videbatur nouissima: ducant ad mortē. Quomodo non nos adinferos deducent: quando fundatores nostros. a felici eorum fraudamus desiderio. Quid enim eorum testamenta canunt fidelia Nonne. Nos talis tale monasterium in honorem christi et memoriam sanctorum martyrum/confessorum/aut virginum talium ordinamus esse fundatū. Cui tot conferimus predia: tot monachos instituimus: quos viuere volum⁹ secūdū regulam. Sācti Augustini: Basilij: aut Benedicti. Et ecce nichil eorū agentes. hereditates eorum christi et martyrum sanguine partas possidemus in deliciis/diuiciis/et honoribus. ꝙ horrendū ꝙꝙ pertimescēdū hominē iā mortuū volutari in sanguine christi: ingurgitari: incrassari: atqꝫ dilatari in sanguine martyrū et inter sudores confessoꝝ et virginum deliciari et luxuriari. Et nichil eorū complere qui ordinauerūt testamen=

ta dauid fidelis. Nonne ꝛ ciuiles leges: eos iusto ex heredant: qui non sint habiti fideles in testamento mortuoꝝ. Non ergo admiremur patres sapientissi- mi: si quēadmodum ꝛ filijs (israhel quia recesserunt a legittimis patrū suoꝝ) immisit dn̄s latrūculos ex caldeis: latrūculos ex siria: latrūculos ex filiis amō latrūculos ex filiis moab. qui eos ad nichilum pene redegerunt. Sic et ad nos delapitandos suscitauit non: nō latrūculos: sed latrones manifestos: cōmen datarios qui oīa cōmedūt speciosa deserti. latrones fornicarios. latrones ex nobis ipsis mercenarios. la trones ex genere sed ꝛ pauperes ꝛ simplices nigros nos comedunt iā rubri latrones. vt quasi videamur huic periculosissimo bello succūbere ab omnib⁹ de uorati: ab oībus absorpti: ab omnib⁹ expulsi ꝛ pene eradicati. Et quid sibi volūt hec omnia. Nisi vt hec deformis: ꝛ p̄ter fundatoꝝ ꝛ legislatoꝝ nostrorum intentionem vita: abradatur ꝛ omnino per capitula rem hanc congregationē funditus eradicetur. Alio quin viuit dominus in cuius conspectu sto. Omnis plantatio quam non plantauit ꝛc.

¶ Sed forsā prodibit asellus quispiā e puteo Esopi et iam conclusis opponens. Ecce inquiet omnē dā- nas monachoꝝ multitudinē qui a religionis īgressu sic asueti viuere: sequuti sunt patres eorū: ꝛ pro pa- tribus nati sunt eis filij vsq; in terciā quartā ꝛ quin- tam generationem. Si ex deo non esset hec religio

quam asseris: cito laberetur in nichilū. Accedat vti nam asellus ille ad liram nostram: si forte ad sonitū eius: vel paululum nobiscum/aut exiliat aut saltem audiat que non volet. In argutiis suis fallitur. Non enim ego nationem omnem monachoꝝ reprobaui: sed ipsi reprobant. quādoquidē ꝓfessione/ꝛ habitu construunt/opere destruunt. Unus inquit salomon edificans: ꝛ vnus destruens: quid prodest? Sed si sicut viuentium maior reprobetur multitudo: quid miraris si dicētem audis saluatorem. Multi sunt vocati/pauci vero electi. Et item lata est via que ducit ad perditionem et multi intrant per eam. Arta autem est via que ducit ad salutem: ꝛ pauci vadūt per eam. Credis deum peccantibus propter multitudinem indulgere: qui preter octo animas: maxime ꝓpter vnius transgressionem mandati / diluuio tulit omnes inhabitantes orbem. Quid dei glorie detrahetur/si totus pareat monachalis ordo non faciens ea que dei sunt? nec causanda venit temporis diuturnitas: qua hec nostrū ordinem preoccupauerūt mala. quādoquidē chayn pseuerauit dū Abel non erat et tribus milibus annis ante christi aduentū perdurauit ydolatria: ꝛ spurcissima machameti secta iam octingentis annis ꝛ amplius orientem fedauit ꝛ austris. Nec tñ hec longa eui duratōe veniūt excusanda. qui potius timēdū est. ne lēto ad vindictā diuina procedat ira. Quod si dixeris: nesciū te fuisse regule

et regularis modi viuēdi. Illico respōdeo tibi: quia ignorās ignorabitur. Et iuris ignorātiā nō excusat sed accusat. Sed nec vero consonat: monachos omnes a recto tramite deuiasse. Reliqui mihi (īquit dominus) septē milia virorum qui nō flexerunt genua sua ante Baal. Pachomioq; p visum monstratū est plurimā monachoꝝ multitudinē peierare: nonnullos vero/licet p paucos/recta religionis semitā perambulare. Sed quid conor sermonib⁹ preter profectum protelare diē: ⁊ eoꝝ maleo conterere petras: nec his auditis cōpungi: sed magis indurari corda: Vix (scriptura teste) grande saxū transfertur de loco suo. Et aquatici lapides aquarū inundātia: haud emolliūtur sed indurescūt. Ad oculum videmus: populum ad vnius monitionis verbū: facile ad lachrymas prouocatū: facile redire ad cor. monachos vero qui (nescio quo pacto) se sanctimonia super ceteros excellere gloriantur induratos super petrā. Et quis inquit cecus: nisi seru⁹ meus. Et quis surdus: nisi ad quē misi sermones meos. Ecce inquit dominus vocaui seruum meum: et non respondit michi. Ore proprio deprecabar illum: et non intendit michi. Propterea non immerito timenda vobis accedit horrenda illa saluatoris framea. Meretrices: et publicani pcedēt vos in regnū celoꝝ. Et auferetur a vobis regnū ⁊ dabitur genti faciēti fructus eius. Et relinquetur vobis domus vestra deserta. Et vti

nam ⁊ tꝙ vtinam nobis et nō alienigenis Jam certe pro maiori parte: nostris exigentibus delictis a nobis ablatum conspicimus regnū (id est) regimen ecclesiasticum et datum secularibus iuxta statū et conditionem suam. melius qnꝙ: ꝙ nos iuxta legitima nostra fructum facientibus. nec tamen a pio patre sic flagellati: a duricia cordis nostri tantis inde mouemur malis: nec nos excitat extrīsecus: sacri ordinis nostri nomē et famam populares vētus adurēs Nec intus conscientia rodēs: nec desursum diuinorū iudiciorū de throno ꝓcedentia horrēda vulnera tonitrua ⁊ fulgura. Nec deorsum ineuitabilis ignis eterni gehenna. Hortor igitur vos non ego quidem sed reuerendissimi patris vigilantissimi pastoris nostri benignitas ⁊ hūanitas ore meo vos admonet coram deo et xpo eius: per tremēdum illum quem expectamus aduentū glorie magni dei: in cuius visceribus vos cupit et amat attēdere vobis et gregi vestro vobis primū: deinde gregi. Ut primi mittatis manū ad forcia: et vestre discretionis digiti: primi apprehendāt fusum. Cor vestrū in varia reducentes. praua si que sint: in directa. Et aspera in vias planas. Ne forte cū laboribus religionis terga dederitis et greges vestros fonte discipline adaquare volueritis: ab ipsis ꝯtra stimulū calcitrātibus audiatis illud therentianum. Ipse: sequar. Pastor inquit saluator. ante eos vadit: et oues illum sequuntur. Et

horrescit inferior quicquid peccat superior. Cū ob
secratione a nobis sepe numero queritis religiosos
optimos: qui vos: vestros: vestraqꝫ dirigant. Uos
qui p̄ estis: primū vos exhibite monachos: ⁊ mona
chis non indigetis. Scriptum est enim. Secunduꝫ
ducē populi sic et ministri eius. Sub morbidis capi
tibus: vix mēbra coalescūt et si sana fuerint frigent
Et ad mellifluū alueare cōcurrunt apes. Et ad flo=
rentē vineā discreti nares. Et ad nitidū aerē celi vo
lucres. et ad sibi similia: gregatim aīalia cōueniūt. i
cassum eni alioꝝ terra quā teritis vobis excolēda
traditur quādo vestra quā geritis spinis et vepribꝰ
densatur. Succressentes igitur surculos nequam a
vobis abigite: ne forte cū venerit magnus ille pasto
rum princeps. sua romphea ancipiti: vos amputet
et illic mittat vbi ignis non extinguetur qꝛ oīs plan
tatio quā non plan. ⁊c.
¶ Fallitur tenebrosus ille philosophus heraclitus
qui desursum in deorsum et exaduerso eundem asse
runt tramitē. Hūilitate siquidem carpitur celū. ābi
tione baratrū. Sub hūilibus ꝑpterea pastoribus q̇
bus opidum carcer solitudo paradisus erat / statu=
ra religionis quondā asimilata est palme quādo flo
rentissima charitate et fecundissima pauptate glori
ata ramos suos in immensum portendebat. Dilige
batqꝫ dominus nostram hanc syon super omnia ta=
bernacula iacob in ipsa dormiēs et delitescens: do=

necsui bello repudij dato: eiecerunt eum foras. Et
mūdo implacabili eius hoste introducto Radix om
niū malorum cupiditas: Nouerca religionis propri
etas. Ambitio nephādorum oīm terra mariqꝫ geni
trix: Sancta rusticitate ꝛ simplicitate delecta: facti
sunt hostes eius in capite: manum suam mittentes
ad omnia desiderabilia eius. Nonne palam vide-
mus mundi amatores: homines inutiles: quos
(iuxta sancti Job querimoniam) dedignarer pone-
re cum canibus gregis mei: nunc ad altissima religi
onis fastigia anhelant: quasi non sit ab alpibus: aut
a pyreneis iugis velox descensus. Beneficia item
super beneficia cumulare: vt carduus in sponsam iā
querat filiam cedri. Et iam nitatur atttingere mise
ra rānus. vbi nec sufficere valet Cedrus alta libani.
Quid dicam? religionis vnitatē nūc scindit proprie
tas: et capita a membris diuidit: vt cito intereant:
Jam inter se diuiserunt terram. conuentus et prior
vt alius quidem esuriat alius ebrius sit. Superē di-
uidere celum. Jam in opprobriū tuum partiti sunt
vestimenta tua domine iesu: et super vestem tuam
inconsutilem miserunt sortem: quis/quid tolleret
et opib⁹ et delicijs saturati quasi filijs tales quales
reliquias diuiserunt paruulis suis. Uenient procul
dubio venient dies: quando erunt nouissimi primi:
et primi nouissimi. Quando nouissimo recumben-
ti dicet dominus. Amice ascende superius. Quādo

esurientes implebit bonis: et diuites dimittet inanes Quando omnes principes qui dixerunt: hereditate possideamus sanctuarium dei: deus meus pone illos vt rotam et sicut stipulam ante faciem venti: sed et sicut ignis qui comburit siluam. Et sicut flamma comburens montes. Ita persequere illos in tempestate tua domine iesu. Et in terribili ira tua conturbabis eos: dirumpens inflatos sine voce

Itaque religiosissimi patres: genus electum gens sancta populus acquisitionis: qui hic conuenistis in vnum: mederi tam pestilentibus malis si forte nobis repropicietur deus leui pedis vulnere: aut perfacili vngule offensa pretermissa ad grandia nostre religionis vulnera curanda. Uestra vigilans non paruipendat: sed celeriter exequatur industria vulgo dicitur de verbis magna copia: de operibus pauca

¶ Albumasar ceterorum astrologorum more mendax ex licentia: in eo quem de magnis coniunctionibus scripsit libro dixit. Sub altiorum planetarum maximis coniunctionibus/ renouari mundum/ mutari regna/ subuerti policias/ nouas adoriri sectas: et solito fieri mirabilia magna nimis. Propterea in hac capitulari coniunctione maxima superiorum omnium nostri ordinis: omnia renouari: leges: et regna: et sectas in melius commutari oportet. Et iacentem ordinem nostrum in pristinam nominis dignitatem mirabiliter releuare. Magnos magna decent. et in con

Qui merita exuperat:
Et plectit et remunerat:
Justus iudex metuendus:
Quicunqꝫ non considerat.
Nec penitere properat:
Est dolendus et deflendus:
Velut alter phariseus
Qui seipsum iustificat.
Stat a longe publicanus:
Clamoresqꝫ multiplicat
Esto michi pie deus
Peccatori propicius
Quem exaudit et liberat
Sic et prodigus filius/
Stolam primam recuperat.
Hasqꝫ dotans vberius
Donis beatis Munerat.

¶ Tractatus Impressus Parisius per magistrū Guidonem Mercatorem Commorante in Bellouisu Anno domini 1499. Die decima sexta Nouembris


SIT NOMEN
DOMINI
BENEDICTVM
le pellican
demarnef

